BEDA VENERABILIS
Salzburg, St. Peter, 1. Viertel 9. Jh.
Seite 206
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38278
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

gregga spiritalis separauerit nos abinuicem ostendit alterum patrem
cui diceremus pater noster qui es in caelis ·

Mater in filiam & filia in matrem suam.

Mater sinagoga filia est ecclesia primitiua quae & ea de qua genus dixit sina
gogam fidei persecutricem sustenuit & ipsa eidem sinagogae fidei ueritate contradicit ·

Socrus in nurum suam & nurus in socrum suam.

Socrus sinagoga nurus est ecclesia degentibus quia sponsus ecclesiae xpi filius
est sinagogae dicente apostolo quorum patres & ex quibus xpi secundum carnem
socrus igitur id. ē. mater sponsi & in nurum sicut praediximus suam & in filiam diuisa
est quia sinagoga carnalis siue de circumcisione siue de praeputio credentes per se
qui non cessat sed & ipse in socrum matrem que sunt diuisae nolentes circumcisio
nem recipere carnalem ut actus apostolorum docent ·

t elxi
ñ elxu

**Dicebat autem & ad turbas. Cum uidetis nubem orientem
ab occasu statim dicitis nimbus uenit & ita fit
& cum austrum flantem dicitis quia aestas erit & fit.**

A

Nubem orientem ab occasu carnem suam a morte resurgentem significat. ex
illo enim omnibus terris imber euangelicae praedicationis infusus est
austrum flantem ante aestus tribulationes leniores ante iudicium ·

**Hypocritae faciem terrae & caeli nostis probare
hoc autem tempus quomodo non probatis.**

Quid nube & austro mistice designetur praeoccupando praestrinximus sed
& ad litteram manifestus est sensus quia qui ex elementorum inmutatione
statum aurarum quae uoluerunt facillime praenoscere potuerunt possent
& iam si uellent hoc tempus hoc est uel primi uel secundi dominici aduentus
nam de utroque non nulla praemisserat ex dictis intellegere prophetarum
qui hoc utrumque manifestissimis uel indicis rerum uel annorum praesignaue
re circulis & neque de turba sibi forte deinperitia blandirentur & se idiotas
ac prophetice lectionis ignaros temporum cursum probare non posse causaretur uigi
lant adiungit ·

Quid autem & a uobis ipsis non iudicatis qd iustum est.

Ostendens eos ut poetarum gonalem creaturam & si litteras nesciant naturaliter tamen
ingenio posse dinoscere uel eum quiopere in se quae nemo alius fecisset & supra
hominem intellegendum. & ideo dñm. ē. credendum uel post tot saeculi huius
iniustitias iustum creatoris iudicium ē. uenturum. Nemo igitur ex eo quod
supra dictum est seruum nescientem dñi uoluntatem uapulare paucis inter peccan
dum de remedio nesciendi praesumat qui ut alia taceam ex eo ipso quod homo est